

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

olim exstructa. **A**d dolium nāq; et fraudem insidiasq; quibus ciuitatē  
ipam et insulam subito opprimere sibiq; subiugare conabatur et capere  
re pluribus ex eis interfectis hac pena fuerūt mulctati. vt dictas suis  
edificarent impensis turres cū molendinis in perpetuū incolarū et indi-  
genarū subsidiū et emolimentū. siueq; iniuste fraudis memoriale phē-  
ne. **C**eterū ex **Rodo** primū legitur fuisse **Troya** occasionaliter destruc-  
ta. eo q; ibi diceretur et celebri vulgaretur fama aureū esse vellus ꝛc.  
de quo in ipa troyana latius historia habetur. **H**ec p̄terea insula **Ros-**  
**densis** insignis opido est. et montuosa. feris habudans siluestribus. et  
vallibus amenis. **Q**uicūq; etiā mare trāseūt et vnde cūq; veniāt **Rodū**  
applicent oportet. **E**st autē **Rodius** insula cicladū insularū prima  
ab oriente. vbi rodose capitolū dicitur esse inuentū. dū ibi ciuitas pri-  
mitus cōderetur. **P**orro ciclades insule vt dicit ysidorus quondā grecie  
fuerūt quas inde **Cicladas** autimāt esse dictas. q; licet spacijs longio-  
ribus a delo insula media. sint porrecte in orbem. tamen circa delū ipas  
site sunt. **N**am orbem greci ciclum vocant. **Q**uidā tamen dicūt sic eas  
vocatas propter stopulos qui in circuitu earū sunt. **H**ec insule sunt in  
hell. ponto inter egeū mare et maleū cōstitute. **C**ircūdantur enim pela-  
go indico. et sunt numero quinquaginta quatuor. tendentes a septen-  
trione in meridiem. **H**abent quinquaginta milia passū a septentrio-  
ne ad meridiem. et quinquaginta milia. ab oriente in occasum scdm ysi-  
dorū. **S**cdm **Drosiū** vero milia ducenta. **P**rima vero inter eas vt dicit  
idem **Drosius** ab oriente est **Rodus**. a septentrione **Thenedos** a quodā  
iuuene thenes dicto sic vocata. qui infamatus q; suā nouercā cognouis-  
set. fugiens insulam istā vacuā reperies cultoribus obtinuit. qui ex no-  
mine suo ciuitati quā ibi cōdidit et insule nomen dedit. a meridie vero  
est **carpathos** insula cōtra egiptū. aqua carpadiū mare appellatum est  
sic vocata. propter celerē fructū maturitatē. **E**st enim inter egiptū et  
**Rodū**. **F**y hac insula dicūtur et **carpasia**. magne naues et spaciose. **A**b  
occasu autē est insula **citerea** sic vocata. eo q; ibi venus orta sit. **A**b ori-  
ente finiūtur ille insule **cicladis** littoribus **asie**. **A**b occidente mari **ycar-**  
**io**. a septentrione mari **carphano**. **I**n hac quoq; vrbe **Rodensi** et in-  
sula (cuius occasione de cicladibus insulis mentio est p̄inserta) solis  
fuit colosus ereus. id est imago erea. lxx. cubitorū altitudinis. alij etiā  
in ea fuerūt minores colosi. vt dicit ysidorus. **S**ed hijs incidenter et per  
digressum dictis. redeūdo ad historie seriē. **H**ac insulam p̄clarā et vrbe  
**Rodensem** ipsi fratres hospitalis sancti **Iohānis Ierosolimitani** post  
longā obsidionē. quadriennē videlicet occupatā et vehemēter oppugna-  
tam. **T**andē vix vi obtinuerūt. et ciuiū cōiuentia quorūdam qui eis  
fauebāt. habentq; ibi iam pridem in ea metropolim suā. siue sup̄mi sui  
magistri sedē principalem. **E**st quoq; adeo cōtigua **Turcis** et vicina.  
vt vix vnus inter sit spaciū miliaris. nec nisi parū maris brachiū il-  
los diuidat ab istis. **V**nde et anno superiori videlicet. **M. cccc. lxxix.**  
**Turcus** vti omnibus manifestū est dictā obsidione vallauit ciuitatē.